



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Miraculum Primum. Qui Mariæ nomen audientes, uel nominantes, subnixis genib. ei honorem habent, aeternis praemijs digni fiunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

MIRACVLORVM

VIRGINIS

LIBER. TERTIVS

AB. HERCVLE. VINCEMALA

latinè scriptus.

MIRACVLVM PRIMVM

Qui Maria nomen audientes, vel nominantes, subnixis genib. et honorem habent, aeternis praemyis digni sunt.



Illes, a bellicae rei studio recedens, cum in Cistercieti religione nomen professus fuisset, ibi in grauisimum morbum postea delapsus est. Desperatione animum ferè abduci sinebat, dum secum perpenderet, quam grauia essent ea, quae

priùs, quam monachus fieret, admiserat. Interea in magno animae, & corporis periculo constitutus, se Virgini commendare, eius opem implorare, & illius se dedicare in clientelam. Ei misericordiae regina apparsit, ita metum, & moestitiam omnem ademit: ut idem è grauisissima aegritudine recreatus, statim animo, & uultu apertissimam laetitiam indicaret. Rogitanti coenobij praefecto, quinam tam subito moeror ille in tantum gaudium fuisset conuersus; dixit, eam, ob rem, se exsultare, quia lucidissimam huius maris stel-

Aa lam,

lām, quae mirabili luce omnia conspergit, uiderat. Obstupuit praefectus, coniectans, ab ipso monacho singularare aliquod religionis exemplum erga Virginem editum fuisse, quo tanto ab ea beneficio fuisset affectus. Dixit ille, & semper cum augustissimum eius nomen audiret, ut illud ueneraretur, subnixo poplite se submittere consueuisse. Salus igitur pio uiro, qui prius miles fuerat, ob honorem, quem Dei matri praestiterat, allata est. Videns Ioan. Pontifex optimus maximus quanti ea res sit, ea potestate, quam à Deo habebat, uiginti dies illius poenae, quae ob peccata debetur indulgenter ijs dimittit, qui sanctissimum illud nomen commemorantes, uel ab alijs nominari audientes, illud augustè, ac sanctè colunt, ac se submit-
tunt. Quod mirum in modum laudandū est, si ad Christi seruatoris ac liberatoris nostri memoriam fiat.

MIRAC. VIRG. II.

Mariae nomine cacodaemones expelluntur.

Cacodaemon miris modis puellae, quae se religioni Cisterciensi sacrare decreuerat, ludos dabat; ita ut iam miseram ad insaniam ad-
gisset. Noctū sceleratus illam conueniens, & ante oculos huius mundi commoda, & uoluptates; religionis uerò incommoda, & angustias proposuit; ut eam ab instituto honesto auerteret. Ipsa prudenter, & cautè respondit: quid me postea fiet, quis mihi consulat, si tantis delicijs diffuenti extremum hic diem obire, & hinc abscedere contigerit? Hic impius obmutuit; &

subli-